

ris, Menochius de retinenda poss. remedio 4. ex num. 7.

- 28 Item de locatione animalium cum pacto ut conductor semper teneatur servare numerum integrum ex eorum fetibus, vel aliunde, Vel quando locantur æstimata ea conditione ut finita locatione reddantur sub eadem æstimacione: vide Molinam de iustitia, tomo 2. disputat. 503. ubi de primo dubio: & de secundo agit Farinacius decisio 118. libro 1.
- 29 Item de fructibus pendentibus locationis tempore vide Barbofam in leg. 8. 2. part. ff. solut. matrim. numer. 82. 92. & sequentibus, ubi quomodo eos acquirat colonus, & quomodo dividantur inter locatorem, & conductorem: & in §. quod in anno; ubi alia plura de hac materia, & vide etiam eundem Barbofam in §. si vir, numer. 57. & 58. eadem l. 8. ubi etiam an jus patronatus transeat in conductorem? Castillo de usufructu, l. 77. & 80. & Britum de locato, cap. 2. parte 3. ex numer. 13. Gutierrez in tract. de tutelis, 2. parte, cap. 28. ubi de conducente fructus, & redditus, an acquirat dona, hoc est los presentes? & cap. 29. ubi etiam de iure præsentandi, & Gratian. regula 341. numer. 8. ubi quod locata universitate, non censetur locatum jus patronatus præter quam si locatio sit ad decennium.
- 30 Item si quis conducat navim, vel locum in ea ad Indos, verbi gratia; & reluctantibus ventis, vel alia causa ad portum redeat navis, an pretium debeat? vide disputantem Molinam tomo 2. de iustitia disputacione 502. Bolanum in Caria Philip. 2. parte §. testamentum, numero 23.
- 31 Item an conductor acquirat dominium fructuum antequam solvat mercedem? vide Patladotium 3. parte quotidianarum, differentia 79. cap. 3. ex num. 7. Barbofam in l. 8. ff. soluto matrimonio 2. parte, ex num. 23. Pereiram de emptione & vendit. cap. 23. numer. 13. Lafarte de decima venditionis, cap. 29. numer. 72. Valascum de iure emphyt. quest. 20. ex num. 15. Molinam de iustitia, disputacione 497. numer. 1. Narbonam in l. 25. titul. 21. lib. 9. Recopil. glossa 16. ex num. 36. & plures referentem Hermosillam in leg. 28. titul. 5. part. 5. glossa 1. ex numer. 46. & in l. 55. ibidem, glossa etiam 1. numer. 5. & sequentibus, ubi an conductor teneatur vendere fructus potius domino quam alteri? vide etiam Barbofam in collectan. cap. potuit, de locato: & Cancercium variar. 1. parte, cap. 10. numer. 52. & Gratianum de iurisdictione, cap. 149. numer. 10. & quasi per totum, & D. Larream allegacione Fiscalis 111. ex num. 23.
- 32 Item adde quod si conductor emat rem conductam, & postea sequatur retractus in ipsa re, poterit ipse conductorem redire, & ita probant nos Gomezius in leg. 70. Tauri, numer. 34. Surdus decis. 51. numer. 24. Cancercium variar. lib. 3. tit. de privilegiis, numer. 309. & aliis laudatis à Salgado in tractatu de retentione Bullarum, 1. part. cap. 10. §. unico, numer. 70.
- 33 Item inter duos conductores quis præferatur? vide D. Joseph. Vela de iurisdictione Hispanensi 20. numer. 16. & 43. & latissime Britum de locato, & conducto, 2. parte rubrica, §. 4. per totum, quem videas.

## CAPUT IV.

## De Donatione.

## SUMMARI A.

- 1 Quid sit donatio, & quibus modis fiat.
- 2 Donatio an possit fieri inter absentes.
- 3 Si donatio sit inter absentes interveniente nuncio, vel epistola, an possit per dominum revocari, antequam revocatio perveniat in notitiam ipsius nuntii.
- 4 An donando simpliciter rem, videatur donari tota, an pars.
- 5 Que sit differentia inter legatum & donationem.
- 6 Quando in donatione requiratur insinuatio.
- 7 An possit insinuationi renunciari.
- 8 Donatio, etiam excessiva, si sit cum iuramento an sufficiat sine insinuatione.
- 9 An in liberatione, vel remissione debiti requiratur insinuatio.
- 10 An requiratur insinuatio in donatione ad pias causas.
- 11 An, & quando donatio semel perfecta, possit revocari.
- 12 Si post donationem revocabilem & inofficiosam filii nascantur, & vivo patre decedant, an reconvalescat donatio.
- 13 Donatio revocatur, quando quis filius facit extraneo donationem immensam, & inofficiosam, qua tangit legitimam.
- 14 Ingratitudine revocatur donatio.
- 15 Donatio causa mortis, quid sit, & quando valeat.
- 16 Donatio causa mortis an æquiparetur contractui vel ultime voluntati.
- 17 An ista donatio causa mortis, respectu confirmationis, & effectus, æquiparetur ultime voluntati.
- 18 An donatio pura, qua à principio non valet, sed morte consumatur, requiratur insinuationem.
- 19 Qualiter revocetur ista donatio causa mortis.
- 20 An revocata ista donatione revertatur ipso iure dominium in donatorem.
- 21 An facta repetitione huius donationis, possint repeti fructus.
- 22 Si in ista donatione causa mortis dictum sit, quod non possit revocari, an erit donatio terminus.
- 23 Que persona prohibeantur donare.
- 24 An maritus possit in favorem uxoris renunciare alicui donationi.
- 25 Pater an prohibeatur donare.

**T**ERTIUS contractus, qui consensu contrahitur, est hodie Contractus Donationis. Nam licet de iure antiquo requirebatur in eo stipulatio; tamen hodie fit solo pacto nudo, ut infra magistraliter dicitur. Pro cuius perfecta declaratione dico, quod donatio est quando quis nulla subsistente causa, sed propter solam liberalitatem donat alteri pecuniam, rem, vel aliqua bona sua, nam valet & tenet, textus est in l. 1. & per totum ff. de donat. text. in leg. 1. & per

totum Cod. eodem tit. textus in §. 1. & per totum, Insitut. eodem tit. textus in cap. 1. & per totum de donat. & idem disponit l. 2. titul. 4. §. p. vii. Et talis donatio fit & celebratur dupliciter. Primo modo traditione rei. Secundo modo, promissione. Traditione, quando nulla præcedente promissione vel obligatione quis tradit rem suam alteri, causa donationis, quia tunc statim valet & perficitur donatio & transit dominium, & plenum jus rei in accipientem ex illo titulo, & causa donationis, Quo casu nulla oritur actio, vel obligatio ipsi donatario pro ipsa re, cum eam habeat, nec pro evictione eius si fuerit evicta: quia non subest causa præexistens, nec fundamentum ejus ex quo oriatur, ira probant prædicta jura, & ibi communiter Doctores. Promissione, quando quis se obligavit alteri ex causa donationis dare, vel tradere aliquam rem. Quo casu de iure antiquo requirebatur solemnitas stipulatio: & talis contractus celebrabatur verbis, ut in leg. 1. & per totum infra isto titul. de verb. obligat. Hodie tamen sufficit pactum nudum, sic fit solo consensu partium, textus est in l. si quis argentum, Cod. de donat. textus in §. alia, vers. perficiuntur, Insitut. eodem titul.

2. Quæro tamen an prædicta donatio possit fieri inter absentes, Et breviter & resolutivè dico, quod si donatio incipiat à traditione, bene valet & tenet, si intervenit nuntius, vel epistola ad conjugendas voluntates, textus est notabilis, & expressus in leg. absenti ff. de donat. & ibi Glossa ordinaria, Bartolus, Alber. Angel. Paul. Imola, Cuman, & communiter alii Doctores, textus in leg. etiam eodem tit. textus in l. nec ambigi, Cod. de donat. & ibi Gloss. ordinaria Odofred. Petr. Cyn. Jacob, Butr. Bald. Angel. Salicet. & communiter Doctores, textus in l. si aliquid, eodem tit. & idem disponit lex 4. titul. 4. §. part. Confirmatur, quia regula est, quod omnis contractus, qui consensu celebratur, potest fieri in absentia interveniente nuntio, vel epistola ad conjugendas voluntates, textus est formalis & expressus in l. 1. in fin. ff. de contrahend. empt. cujus verba sunt: Et ideo consensus peragitur, & inter absentes contrahi potest, & per nuntium, & literas, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, textus in leg. quædam mulier, ff. rei vendit. & ibi communiter Doctores textus in l. Lucius ff. de fidejuss. textus in l. illud, Cod. sacro sancti. Eccles. textus in §. Insitut. de oblig. qua ex consensu. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & idem disponit l. 18. titul. 5. §. part. Si verò donatio incipiat à promissione; non potest fieri inter absentes, etiam interveniente nuntio, vel epistola: quia requiritur stipulatio, quæ non accipitur inter absentes, ut in l. 1. ff. de verb. oblig. & in expresso ita probat textus in dist. l. nec ambigi, Cod. de donat. & ibi tenet Gloss. ordinaria & communiter Doctores. Hodie tamen bene valet donatio inter absentes, quando incipere à promissione, interveniente nuntio, vel epistola ad conjugendas voluntates: quia fit, & perficitur solo consensu, per pactum nudum, ut in dist. l. si quis argentum, §. sin autem, Cod. de donat. facit textus in l. Lubec ff. de pact. & in expresso per ista jura ita tenet singulariter Jacob. Butr. in l. illud, Cod. de sacrosancto Eccles. in fine, & Cuman, in dist. l. absenti, ff. de donat. Faber, Angel. & alii Doctores in dist. §. 1. Insitut. de obligat. qua ex consensu

n. sc. Collectarius in cap. Pastoralis, de donat. Imò, quod magis est, hodie in nostro regno valet donatio inter absentes, etiam non interveniente nuntio, vel epistola. Uade si quis coram testibus, vel tabellione promiserit ex causa donationis, rem vel pecuniam absenti, statim remanet efficaciter obligatus; & quando venierit in notitiam absentis, poterit ab eo conveniri, & condemnari per nostram Legem Regni generalem l. 3. titul. 8. lib. 3. ord. Primò quia dicit, pareciendo que uno se quis obligat à otro queda obligado. Ex quibus verbis patet quod sola voluntas & intentio volentis se obligare attenditur, & consideratur, & non alia perfectior forma, vel solemnitas à iure communi requisita in contractu, & per consequens oritur actio, & obligatio ex pacto & pollicitatione. Secundo, quia prædicta lex dicit, & disponit, quod valet promissio vel obligatio inter absentes. Ergo non requiritur nuntius, vel epistola ad conjugendas voluntates, nec simulta meus consensus, sed sola promissio & voluntas promissoris. Tertio, quia prædicta lex præsupponit, & vult, quod promissor efficaciter sit obligatus. Ergo non suspendat obligatio, expectatur nuntio, vel epistola. Ex quo noviter & singulariter infero, quod etiam si hodie in nostro Regno donatio incipiat à traditione, valebit, & erit perfecta, non interveniente nuntio, vel epistola, non quoad translationem dominii, sed quoad obligationem: quia donator remanendi obligatus, rem dare, vel tradere: quia negari non potest, quod ibi sit animus & voluntas obligandi, quæ sola sufficit, per dist. l. Ordinantem, licet alia solemnitas non interveniat, Et idem erit in omni alio contractu qui celebratur consensu, ut venditione, locatione, societate, & similibus. Quia licet de iure communi nulla oriatur actio, vel obligatio, nisi interveniente nuntio vel epistola ut supra dictum est: tamen hodie in nostro Regno venditor, locator, vel similis, remanebit efficaciter obligatus, quia ibi datur voluntas & consensus ejus. Confirmatur ex doctrina Gloss. ordinaria in leg. fin. de donatione quæ formaliter probat quod si stipulatio, vel promissio fiat per verba presentis temporis, ut si quis dicat, Do vel concedo Titio stipulanti talem rem meam: quæ non est præsens, licet non transferatur dominium: tamen dicere verba operantur dare, & tradere, & resolvuntur in promissionem, & ibi tenent & commendant Doctores, tenet etiam & commendat Bartolus ubi subtiliter loquitur, in l. §. stipulatio, ff. de verb. obligat. 2. column. vers. quædam sunt stipulationes, & ibi Doctores præcipuè Jason. penult. column. numero 8. Verum tamen est quod ex alio iste contractus infringere, scilicet, quia videretur totus contractus, & substantia jus collatum, & commissus in liberam & absolutam voluntatem absentis, argumento textum cum materia, in l. evidenti, Cod. de contrab. empt. cum similibus.

Item quæro, si donatio est facta inter absentes mediante traditione, interveniente nuntio, epistola, vel quilibet alius contractus, qui consensu contrahitur, an possit per dominum revocari, etiam antequam revocatio perveniat in notitiam, ipsius nuntii, vel ejus cui mittitur? In quo subtili & notabili articulo breviter & resolutivè, dico, quod si actum vel contractum



atum gerendum est constitutus Procurator, non valet, nec tenet revocatio: nisi Procurator, & etiam tertius, cum quo debet fieri contractus, certioreretur: quia non tenet, nec perficitur contractus ex consensu & voluntate domini mittentis, sed simul ex voluntate sua, & etiam Procuratoris, ita probat textus in l. si mandasset, ff. mand. & ibi notat Bartol. & communiter Doctores, textus in l. inter causas, eod. titulo ibi habetur, quod idem etiam est in revocatione tacita per mortem, textus in l. si procedente, eodem titulo, textus in l. si ejus, in l. versic. 1. eodem titulo, textus in l. si pecuniam, si rem si quis ff. de vend. ob caus. textus in l. vero Procuratori, §. 1. ff. de solut. textus in l. si cum Cornelius, eodem titulo, textus in l. qui hominem, §. si Titium, eodem titulo, textus in l. cum qui, §. 1. eodem titulo, textus in l. 1. §. sed ego, ff. quod iustu textus in l. sed est socius, §. 1. ff. pro socio, textus in l. si procuratorem, ff. de Procurat. textus in l. si tamen, ff. ad Muced. Quod intellige, respectu obligationis producendæ: secus vero, respectu domini transferendi: quia cum pendat ex mera voluntate concedentis, non potest transferri post revocationem, ita probat textus notabilis in l. ejus qui in provincia, versic. quas vero, ff. si cert. pet. textus in l. 2. §. sed si quis donaturus, ff. de donat. textus in l. 1. ff. de excep. 2. de vend. & tradit. Secundò intellige, ut procedat, præterquam si actus pendeat ex mera voluntate gerentis, ut contrahere matrimonium, textus est notabilis in cap. fin. de Procurat. lib. 6. Si verò ad actum vel contractum gerendum, est constitutus simplex nuncius, valet & tenet revocatio, quia actus, vel contractus non perficitur consensu & voluntate nuncii, sed domini mittentis, Qui quidem consensus & voluntas non dicitur intervenire, donec nuncius, vel epistola perveniat in notitiam absentis, & illo tempore reperitur facta revocatio: ergo non valet actus vel contractus, ita probat textus in l. qui autem, §. fin. cum l. seq. ff. de constit. pecun. textus in l. multum inter se, C. si quis alteri vel sibi, & ibi Doctores, & in terminis ita probat textus in l. si pater versic. 1. ff. de manum. vind. ubi si pater jussit & promissit filio, ut manumitteret servum, & postea penituit, & misit ei nuncium, vel epistolam, qua significaret revocationem voluntatis, & antequam ad eum perveniret, manumissit, non efficitur liber, textus est in l. penituit ff. de divor. textus in l. licet Cod. de repud. textus notabilis & melior de jure in l. 1. §. sed si quis donaturus, ff. de donat. ubi habetur, quod si quis tradiderit rem alicui nuncio, vel alteri perferret, & antequam ad eum perveniat, dominus mortuus est, ipso jure revocatur donatio. Ex quo inferas, quod ista conclusio procedit, nedum quando est revocatio expressa, verum etiam si tacita. Nec obstat textus in dict. l. si pater, 1. respon. de manum. vind. quia ibi fallit favore libertatis, & in expresso istam sententiam & resolutionem non originaliter tenet Jacob. de Bel in l. 1. §. 1. ff. quod iustu, & ibi Rainer. Alberic. Paul. de Castro in dict. l. absentis, ff. donat. 2. col. numer. 5. & 6. Idem Paul. in l. ejus, qui in provincia, ff. si cert. pet. 3. column. numer. 13. Alber. notabiliter in dict. l. si pater, ff. de manum. vind. 2. column. Paul. & communiter Doctores in l. qui absentis, ff. de donat. Cyn. in l. mandatum, Cod. de mand. 3. column. 2. question. princ. & ibi Bald. §. column. 4. quest. Angel. de Aret. in §. 1. Institur. de oblig. que ex contra. nas. 1. column. 2. & ibi Joan. de Plat. Innoc. in cap. quidam, de renunc. Gloss. ordinaria in

Clemens, unica, de renunc. in verbo teneat, & ibi Imol. §. column. n. 12. & alii Doctores. Quod intellige quando absens non reperitur in aliquo damno ex suo patrimonio, argumento textus in l. dict. si mandasset ff. mand. & in l. quidam, de dol. Et est de mente Doctorem, ubi supra. Hodie tamen de jure regio attenta prædicta lege ordinaria indistinctè, modò sit constitutus Procurator, modò nuncius, modò nullus, sed simpliciter coram testibus donet, vel promittat, efficaciter tenetur, & non potest actus revocari. Et idem est, si donet primo, eodem modo & conditione, ut post tempus, vel mortem restituat alteri: quia talis donatio, vel promissio non potest revocari etiam respectu illius tertii, ut fundamentaliter dixi & probavi quo loco, Item quero, an donatur, simpliciter donando rem, videatur totam rem donare, vel tantum jus, quod habet in ea? In quo articulo breviter & resolutivè dico, quòd si tota res est pleno jure donantis, totam rem videtur donare. Si verò est penitus aliena, distinguendum est. Nam aut incipit à traditione, & non videtur donare, nisi tantum usum, possessionem & detentionem ejus, modò fuerit sciens, modò ignorans, & modò fiat consanguineo, modò extraneo. Unde, si vincatur, non tenetur de evizione, nec ad affirmationem. Si incipit à promissione, indistinctè tenetur de evizione, modò fuerit sciens, modò ignorans, ita probat textus in leg. Ariste, §. fin. de donat. textus in leg. ad res donatas, ff. de edic. edict. textus in l. 1. Cod. de jure dot. Si verò non est pleno jure sua, nec penitus aliena, sed in ea habet aliquod jus vel partem: tunc modò incipiat à traditione, modò à promissione, modò sit sciens, modò ignorans, nancquam videtur donare, nisi jus vel partem, quam habet in ea, argumento textus in l. si domus, §. fin. ff. de legat. 1. textus in l. quid in rem, §. 1. eodem titulo, textus in servi electione, §. 1. eod. titulo, textus in l. cap. quod autem, de jur. patron. & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in rubr. de contrah. empti, secunda colum. 6. question. Roman. in l. usufructus, ff. solut. matrim. pec. column. numer. 19. Cepol. in tract. de servituti, in dict. 2. de servitute itinervis, §. column. numer. 20. Ex quo colligas & inferas maximam differentiam in contractu donationis, & legato: quia in legato, modò incipiat à traditione, modò à dispositione, semper debetur affirmatio, si res sit penitus aliena, & testator fuerit sciens. Sed in contractu donationis, si incipit à traditione, nihil debetur, modo sit sciens, modo ignorans: cuius ratio potest esse favor ultimæ voluntatis. Secunda differentia est, quia in legato, si testator fuit ignorans, modò incipiat à traditione, modò à dispositione, nunquam debetur affirmatio. Sed in contractu donationis, quando incipit à promissione, bene debetur affirmatio, quia videtur se obligare, transferre dominium, & rem facere donatarij, argumento textus in l. ubi autem apparet, §. fin. infra isto titulo, de verbo, obligation. cum similib. In dabo b. autem, b. si simpliciter qui tradit alteri rem, vel pecuniam, non videtur donare, sed deponere, vel commodare, vel mutuate, ista est Gloss. singularis, & unica, in l. cum quod ff. si certum petatur in gloss. fin. & ibi notat & commendat Bartol. 3. column. n. 11. & 12. Paul. §. column. Cuman. Alexand. Jafon. & communiter Doctores, & istam gloss. reputat singularem & unicam Joan. de Imol. in l. cotem ferro, §. qui maximos ff. de publican. & veli §. pro qua facit textus in leg. cum de indebitis, ff. de probat. textus etiam

judicia

juncta Gloss. ordinaria & communi opinione in l. si donatio Cod. de volat. Quod tamen intellige, nisi ex aliquibus conjecturis presumatur donatio: quæ quidem presumptio colligitur ex tribus. Primò, si quantitas simpliciter data sit parva, & tradens erat dives, & accipiens pauper, vel conjuncta persona, argumento textus in cap. questiones, de simonia, quem ibi reputat singularem Abbas & alii Doctores. Ex quo inferatur, quod si quis interrogatur ab alio an velit ei dare aliquam rem? & respondeat nedum ipsam rem, sed omnia tibi dabo: non valet in aliquo promissio, neque adhuc illa res specialiter promissa videtur donata, & in terminis ita tenet solus Lancellotus Dec. in dict. l. cum quid ff. si certum petatur. Item quero, an & quando in donatione requiritur infinuatio? Et breviter & resolutivè dico quod olim requirebatur, quando excedebat 300. solidos, textus est in l. sancimus, Cod. de donat. hodie valet, & tenet usque ad quingentos solidos, text. est in l. per ver. fin. Cod. eodem titulo, & idem dispositio l. 8. tit. 4. §. par. quæ dicit, quod valet usque ad quingenta dipondia auri, & bene non constat, nec cognoscitur in regno, quæ moneta sit illa. Unde vidi præfictari in cancellaria Regia de Valladolid, quòd in sententia dicitur, quod valeat donatio usque ad quingenta dipondia auri, & non ultra, & erit optimum dicere, quod declaratio relinquatur Principi. Et si queras, quæ potest esse ratio hujus infinitionis, dico, quòd duplex. Prima, quia convenit Reipublice ne subditi depauperentur, & prodigaliter utantur substantia sua, argumento textus in Auth. non iudices sine quoquo suffragio §. consideravimus, collat. 2. ibi, & imperium, sicut abundavit utens subiectis locupletibus, textus in §. sed & major, Institur. de his qui sunt sui vel alien. jur. ibi, expedit enim reipublice ne sua re quis male utatur, quæ quidem prodigalitas præsumitur in tantum excessiva quantitate, & istam rationem ponit Bald. in l. illud, Cod. de sacrosanct. Eccles. §. column. 5. question. Secunda ratio, ut tam excessiva donatio fiat cum majori liberatione, & proposito, ut evitentur fraudes, istam rationem probat textus in l. data, versic. primo, Cod. de donat. Joan. pec. And. in addit. ad §. in titulo, de infirmat. edit §. porro, §. column. versic. donat. Abb. in capite cum contingat, de jurejur. 12. column. numer. 17. & ibi alii. Anton. de Cana in tract. de infirmationibus, 9. question. & adde, quod forma & solemnitas infirmationis est, quod donator compareat coram iudice, & voluntatem suam manifestet, dicendo, se velle talem donationem facere Titio amico suo, & redigatur in scriptis coram tabellione, & nulla causæ cognitio requiritur, nec iudicis licentia vel decretum, nec alia judicialia solemnitas, quia est actus mere voluntariæ jurisdictionis, & non contentiosæ, ita probat textus in l. dona. 10. in l. data in l. in donation. & in l. sancimus, Cod. de donation. & in expresso per ista jura istam theoreticam, & doctrinam ponit Bartol. in dict. leg. Modestinus ff. de dor. 1. column. & ibi Doctores, Anton. de Cana in dict. tract. 10. quest. confirmatur per textum notabilem cum materia in l. fin. Cod. qui admitt. ubi in agnoscenda bonorum possessione requiritur simplex presentia iudicis sine causæ cognitione, licentia vel decreto, & ibi notat & declarat Cyn. Bald. Item adde, quod huic infirmationi non potest renunciari: Primò, quia legibus in ducentibus aliquam solemnitatem pro forma in actibus hominum non potest renunciari, ut in l. nemo potest, An. Gomezii, Variæ Resol. Tom. II.

ff. de leg. Secundò quia legi prohibitive non potest renunciari, ut in rub. C. de fidejuss. dor. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores. Tertio, quia eadem facilitate, fraude & errore quo quis induceretur ad donandū, induceretur ad renuntiandū, unde non debet valere, argumetò l. si mulier, l. 2. C. ad Velleian. c. fin. imò quod magis est, etiam si dicatur in instrumento, quod si summa, & valor donationis excedit quantitatem quingentorum solidorum, & totiens quotiens excedit, tot donationes distinctas & separatas facit, non sufficit, argumento text. in dict. leg. si mulier, l. 2. Cod. ad Velleian. textus in leg. quem admodum, Cod. de agric. & censib. libro 11. Imo etiam si plures res nominentur in donatione ita, quod verè essent plures donationes secundum dispositionem textus in l. si re debemus, ff. de verbor. oblig. tamen quantum ad infirmationem censetur una donatio, ex eo quòd uno & eodem tempore est facta, textus est notabilis in l. sancimus §. fin. autem, el. 1. Cod. de donat. & ibi notat & commendat Bartol. & in expresso ita tenet Bartol. in dict. l. Modestinus, ff. de donat. fin. column. pen. & fin. quest. & ibi communiter Doctores, Bald. in dict. l. illud, Cod. de sacrosanct. Eccles. 3. column. 6. quest. Spec. in titulo de dona. §. 1. versic. quia si aliquis & ibi Joan. And. in addition. idem Joan. And. in addition. ad Spec. in tit. de instrum. edit. §. porro, versic. donatio, Anton. de Cana, ubi dicit, hanc esse communem opinionem in dict. tract. 2. part. 2. §. quest. Unum tamen est quòd talis donatio, quantum & quinque excessiva firmatur juramento sine infirmatione, quia non tendit contra bonos mores, nec contra publicam utilitatem principaliter; nec in præjudicium conscientie & salutis æternæ, argumento textus in cap. cum contingat de jurejur. cum similibus, ita tenet Joan. And. in addit. ad Specul. in titulo de instrum. edit. §. porro versic. fin. Abbas in cap. cum contingat, de jurejur. and. 1. 2. column. numer. 17. & ibi latè Imol. numer. 90. & Tiraquel. in repet. l. si unquam, numer. 138. quod intelligo & declaro, modo expressè renunciatur infirmationi, modo simpliciter donator juret donationem, licet contrarium tenet Baldus in dict. leg. illud, de sacrosanct. Eccles. §. column. 5. quest. Paul. de Cast. in leg. si quis pro eo ff. de fidejuss. penult. column. Roman. in dict. leg. Modestinus, 4. column. Card. in dict. cap. cum contingat, 2. column. Anton. de Cana in dict. tract. 2. part. 30. quest. Item adde quod etiam in liberatione, vel remissione debiti ex causa donationis, requiritur infinuatio, si excedit summa quingentorum solidorum, argumento prædictorum jurium, & probat textus in l. adibus ff. de donat. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, textus in leg. si mulier, ff. de condit. ob causam ubi habetur, quòd paria sunt remittere & donare, & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Gloss. ordinaria in leg. si quis obligatione ff. de reg. jur. Glossa in l. 1. §. 1. quib. mod. pignori vel hypothec. Bartol. in l. Modestinus ff. de donat. 1. column. & question. Bald. in d. illud, Cod. de sacrosanct. Eccles. 3. column. 2. question. & ibi alii Doctores, idem Bald. in leg. pactum, C. de collat. 3. n. 12. Paul. & Doctores in l. contra juris civilis regular §. final. ff. idem Paul. Angel. & alii Doctores, in l. de pactum, eod. titulo. Alexand. & alii Doctores in dict. l. si mulier, ff. de cond. ob causam Angel. in l. pacto qua contra, Cod. de pactis, ubi dicit, quod ita vidit præfictari in civitate Perugia, Alex. Jaf. & communiter Moderni in l. creditoribus, Anton. de Cana in d. tract. 2. part. 13. quest. Tiraquel. in repet. l. si unquam, C. de revocac.



revocatur. *verbo donatione largitus n. 144.* & ita vidi Practicari in Cancellaria regia de Valladolid; quod primo intellige, quando debitum, quod remittitur, est purum & liquidum: secus si dubium & incertum propter transactionem factam de re dubia & incerta, secundum Doctores ubi supra. Secundo intellige, quando remittitur debitum ex una tantum causa, secus si ex pluribus, quia tunc videtur plures remissiones, & licet omnes simul junctæ excedant, non requiritur insinuatio, ita etiam Doctor. ubi supra. Sed attende, quod ista limitatio videtur contraria superiori conclusioni quam dixi ex text. in *l. sancimus §. fin. autem, et l. 1. Cod. de donat.* sed respondeo quod illud procedit in donatione & remissione debitorum antecedentium: quia tot censetur donationes distinctæ & separatæ, quot fuerunt debita, & quælibet liberatio correspondet suo priori debito, & in terminis ita tenet & declarat Bald. in *d. l. illud, C. de sacrosanct. Eccles. penult. column. versic. quid ergo dicemus.* Sed certè ista ratio mihi non concludit, quia quando quis uno, & eodem tempore donat plures & diversas res censetur facere donationes, & tamen requiritur insinuatio. Ergo idem dicendum est in nostro casu: & in expresse ita tenet Joan. de Imol. in *d. l. Modestinus 1. column. ff. de donat.* Anton. de Cava d. in *tract. 2. part. 13. question. Item adde, quod si quis donavit, & promisit alteri certam annuam quantitatem, quæ non excedit legitimam summam quingentorum solidorum, non requiritur insinuatio, quando est facta per viam solius donantis, vel donatarii. Secus vero si perpetuo, taliter quod transeat ad hæredes eorum vel alterutrius: quia tunc requiritur insinuatio, textus est singularis & unicus in *l. sancimus §. si quis autem, et final. Cod. de donat.* & ibi Petrus Cynus, Bartol. Salycet. & reputat singularem & unicum Bald. ibi.*

Item adde, quod donatio ad pias causas valebat olim sine insinuatione usque ad 500. solidos, *l. sancimus §. alios vero, C. de donat.* Sed cum hodie omnes valeant usque ad illam summam, dubitatur, an in donatione ad pias causas multiplicetur quantitas: Et dicendum est quod non: quia lege non cavetur, ita ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores. Quod tamen fallit in donatione Principis. Item in donatione remuneratoria, ut in *d. leg. sancimus §. exceptus, C. de don. & in l. Aquilius regulus, ff. eodem tit.* Item etiam prædicta habent locum, quando bona donata competunt donatori de presenti: secus vero, si de futuro, ratione alicujus juris, ut probant prædicta jura. Ex quo primo infero, quod si filius, vel filia renunciet successioni patris, vel matris cum juramento, non requiritur insinuatio. Secundo infero, quod si quis remittat, & renunciet hereditatem, vel legatum, quod sperat virtute substitutionis, non requiritur insinuatio. Tertio infero, quod si pater remittat usufructum, quem habet in bonis adventitiis filii, non requiritur insinuatio. Quarto infero, quod si uxor remittat hodie in nostro Regno medietatem lucrorum acquiritorum constante matrimonio, non requiritur insinuatio.

Item quarto, an & quando donatio semel perfecta possit revocari: In quo articulo magistraliter, & resolutivè dico, quod regulariter non potest revocari, nec in ea aliquis modus, gravamen, vel conditio ponitur, textus est in *l. perfecta donatio, Cod. de donat. que sub modo.* & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, textus in *l. 2. Cod. de revoc.*

*que sub modo.* & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, textus in *l. 2. Cod. de revoc. donat.* Præterquam tribus casibus. Primus est, si quis filios non habens donavit alteri omnia bona sua vel majorem partem eorum, & postea nascantur sibi filii: nam statim ipso jure revocatur donatio, text. est singularis & unicus in *l. si unquam, Cod. de revoc. donat.* & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria Oldrad. Odofred. Petr. Cyn. Butrig. Albert. Faber. Bart. Bald. Angel. Salycet. & communiter Doctores, & illum text. reputat singularem & unicum Joan. de Imol. in *l. hito. præterit, ff. de injust. rupt. 10. column. in medio, versic. sit pater.* Tiraquel. in *reper. illius legis, 1. col.* & alii Doctores in locis & consiliis ibi per eum allegatis, & idem disponit *lex. 8. tit. 4. §. part.* Et fundamentalis ratio est: quia tacita & præsumpta mens donantis præsumitur habere tacitam conditionem (si liberi non nascantur) quia est verisimile, quod fecisset, cum nemo videatur extraneus sæe posteritati, & successioni præferre, argumento text. in *l. cum avus, ff. de condit. & demonstr. textus in l. cum avus simi, Cod. de fideicommissis: textus in l. generaliter, §. cum autem, Cod. de instit. & substit. Item etiam quia si lex, statutum, vel dispositio aliquid omittit, de quo, si esset disponens interrogatus, verisimiliter disposuisset, habetur pro expresse, & disposito, ut in *l. tale pactum, §. si non ff. de pact. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores.* Et adde pro perfecta declaratione, quod si talis donatio fiat extraneo, revocatur in totum, ita probat textus in *dist. 1. si unquam, ibi: quidquid largitus fuerit, revocatur.* Si vero fiat filio, & postea nascantur alii, revocatur usque ad legitimam, & omnia alia bona remanebunt penes filium donatarii, & per consequens, hodie in nostro Regno remanebit penes filium donatarii legitima, & tertium & quintum bonorum, & sola legitima revocabitur, & applicabitur filio postea nato, ita probat textus formalis, & expressus in *l. si totas, Cod. de inof. don. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores* & per eum ita tenet & declarat Bart. in *l. Titia Scio, §. Imperator, ff. de legat. 2. & ibi Paul. Imol. Cuman. & communiter Doctores, idem Bart. in l. 1. C. de inof. donat. & ibi Angel. Paul. & communiter alii Doctores, Abbas in *cap. fin. de donat. & communiter Canonice.* Et idem est, quando non habens filios, vel descendentes, donavit bona sua Ecclesie, monasterio, vel pio loco: quia per supervenientiam liberorum non revocatur in totum, sed tantum usque ad legitimam: & sic quantum solum remanebit penes Ecclesiam, vel pium locum: ita Doctores ubi supra. Et idem dicerem, si fieret donatio patri, vel ascendenti, quia non revocabitur in totum, sed tantum usque ad legitimam, & sic quantum remanebit penes patrem, argumento prædictorum jurium. Item adde, & omnia prædicta extendit, etiam si donator simpliciter jurasset donationem: quia juramentum habet tacitam conditionem, & regulatur secundum naturam contractus, super quo interponitur, ut in *l. fin. Cod. de non num. pec. & sic per supervenientiam liberorum revocabitur donatio jurata. Unum tamen est, quod si donator expresse renunciavit dispositioni textus in *dist. 1. si unquam, Cod. de revoc. donat. & velit, quod non revocetur donatio per supervenientiam liberorum: tunc, etiam si fiat extraneo, non revocatur in totum, sed tantum usque ad legitimam filii, vel filiorum postea natorum, quia jam constat de ejus voluntate, ita Bartol. l. d. §. Imperator. 2. column. numer. 7.****

Dubium

Dubium tamen subtile & necessarium est, si post donationem inofficiosam & revocabilem filii nascantur, & vivo patre decedat, an reconvaleat, & confirmetur donatio? videtur quod non; quia cum semel ipso jure fuit extincta, amplius non reviviscit, argumento textus in *l. qui res, §. vcam, ff. de solution. textus in l. hæredibus ff. ad Treb. textus in l. qui liberitatis, §. amissis, ff. de oper. lib. textus in l. 4. C. quando aies legat. ced. Item facit, quia sufficit conductionem semel extitisse, licet non duret implementum ejus, & in expresse itam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in *l. Titia Scio, §. Imperator, ff. de legat. 2. penult. column. numer. 1.* & ibi alii Doctores, tenet etiam Alber. in *dist. 1. si unquam, Cod. de revoc. donat. 2. column.* Sed contrarium est tenendum: quod talis donatio reconvaleat & confirmetur. Primum per textum singularem in *l. posthumus, ff. de injust. rupt. ubi habetur, quod licet testamentum, in quo filius est præteritus, sit nullum: tamen, si vivo pater decedat, confirmatur tale testamentum, saltem in l. ex factis, penult. ad Treb. ubi habetur, quod si quis est gravatus hereditatem, vel legatum restituere, si sine liberis decesserit, & ille habuerit liberos, sed decedat vivo testatore, tenetur gravatum restituere, ac si nunquam eos haberet. Tertio per text. in *l. femina, §. illud vers. fin. Cod. de secund. nupt. ubi habetur, quod si filii primi matrimonii sint nati, & decedat constante secundo matrimonio, pleno jure habebit bona illa ascendens, qui transit ut ad secunda vota, non tenetur aliquid reservare. Quarto confirmatur ratione, quia donator tacite videtur approbare donationem, illam non revocando post mortem liberorum. Quod tamen intelligit, quando talis donator supervixit post mortem liberorum tantum tempus, in quo verisimiliter potuit donationem revocare, si velit, & non fecit: si vero tantum tempus non supervixit, tunc censetur donatio revocata, & in terminis ita tenet Baldus in *l. 1. Cod. de inoffic. donat. penult. column. n. 18.* & ibi communiter Doctores, Paul. de Castr. in *l. 2. C. de post. hæred. instit. fin. column. & quest. Joann. de Imol. in cap. fin. de donat. §. column. numer. 21.* & ibi Anchar. & alii Doctores, Tiraquellus, qui in hoc latissime loquitur, in *reper. dist. 1. si unquam, C. de revoc. donat. in verb. suscepit liberos, numer. 167. cum seq.****

Secundus casus, in quo donatio semel facta potest revocari est, quando quis habens filios fecit extraneo immensam, & inofficiosam donationem, quæ tangat legitimam eorum, quia tunc revocatur, text. est in *l. 1. & per totum, Cod. de inoffic. donat. textus in authent. unde si pater, Cod. de inoffic. donat. & idem disponit l. 8. tit. 4. §. part. Quo casu si est inofficiosa re tantum revocatur usque ad legitimam, textus est in *dist. 1. & in l. si mater, & per totum Cod. de inoffic. donat.* Si vero est inofficiosa re, & consilio, tunc distinguitur. Aut est facta alteri filio, vel descendenti, & revocatur usque ad legitimam tantum, text. est in *l. si liqueat Cod. de inof. donat.* Aut est facta extraneo, & revocatur in totum, argumento text. in *l. si liberus, in fin. ff. de jur. patron. & istam sententiam & resolutionem ponit Bartol. in *dist. 1. 1. Cod. de inof. don. 2. column. & ibi Angel. Paul. Salycet. & communiter Doctores, de quo articulo vide latius & magistraliter per me in l. 29. Tauri.***

Tertius casus, in quo donatio perfecta & valida potest revocari, est, quando donatarius efficitur ingratus: quia tunc licet potest donator revocare, textus est in *l. fin. Cod. de revoc. donat. & Gloss. ordinaria Odofred. Petrus Cyn. Bart. Alber. Baldus, Angel. Salycet. & communiter Doctores, textus in §. sciendum, instit. de donat. textus in *cap. fin. de donat. & ibi communiter Doctores, & idem disponit l. penult. 4. 4. part.* Causæ ingratitudinis sunt quinque. Prima si donatarius manus violentas in donatorem intulerit. Secunda si gravem & atrocem injuriam verbalem ei fecerit. Tertia, si grave damnum in bonis suis dolose, & ex proposito commiserit. Quarta, si vitæ suæ insidias præparavit. Quinta, si modum, vel conditionem in donatione positam non adimpleverit ita expresse disponunt prædicta jura. Quibus adde, quod si interveiat alia causa, quæ similis, bene sufficeret, ita dicit Gloss. ordinaria, in *dist. 1. fin. & ponit exemplum, quando donator pervenerit ad inopiam, & donatarius negavit sibi alimenta & ibi tenet, & sequitur Cynus, & communiter alii Doctores, f. & confirmatur ex communi doctrina Doctorem in authent. non licet, Cod. de liber. præter. quæ habet, quod si filius commisit aliam causam ingratitudinis, præter illas, quæ sunt in jure expresse, potest licet exheredari. Item adde, quod licet donator expresse promiserit donationem non revocare propter ingratitudinem, bene poterit revocare, & tale pactum, & expressa renunciatio non valet: quia induceretur quis ad delinquendum argumento text. in *l. si unum, §. illud, ff. de pact. textus in l. convenirent, de pact. dotat. & in expresse ita tenet Bald. in l. fin. Cod. de pact. 2. column. & ibi Paul. Jason. Spec. in tit. de don. §. 1. vers. quid si alium est, & ibi Joan. Andr. in addit. Salycet. & alii Doctores, in l. part. Cod. de col. Alexand. & Moderni in *l. stipul. hoc modo concepta, de verb. oblig. Anton. & communiter Doctores, in dist. cap. fin. de donat.****

Item adde, quod mortuo donatore, ejus hæres non potest revocare talem donationem propter ingratitudinem, ita expresse disponunt prædicta jura. Similiter etiam mortuo donatario, non potest donator illum revocare ab ejus hærede: ita determinat Odofred. Cyn. Albert. Faber, & communiter Doctores in *l. fin. Gloss. ordinaria in d. cap. fin. de don. & ibi Joan. Abb. & communiter alii Doctores.* Cujus ratio vera & mentalis est secundum eos: quia est quedam facultas, & actio, & obligatio descendens ex delicto ad vindictam, quæ non transit ad hæredes activè, nec passivè, ut in *l. unica, Cod. ex delictis de sancti. cum similib.* Quod tamen limita, & intellige, quando donator in vita habuit notitiam ejus, & habuit tempus ad agendum, & revocandum donationem: secus vero aliàs, quia tunc transit ad hæredes tam activè quam passivè, argumento text. in *cap. cum in veteri, de elect. in cap. fin. de dilat. & ita probat textus expresse in *d. cap. fin. de don. ubi dicit: tacuit, & ibi tenet Joan. And. Abb. Angel. Cardin. Imol. & communiter Doctores, tenet etiam Cyn. & ibi alii Doctores in l. 1. C. de revoc. don. fin. quest. Faber in §. sciendum, instit. de donat. Confirmatur etiam per Gloss. in *l. fideicom. & in l. forem, Cod. de bis quibus ut indign. & ibi communiter Doctores, ubi habetur, quod sicut legatum vel fideicommissum potest expresse revocari per testatorem sua voluntate: ita etiam censetur tacite revocatum per aliquam causam ingratitudinis, contra eum commissam, quando illum ignoravit. Confirmatur etiam: quia licet filius, qui commisit causam ingratitudinis contra patrem, non possit ab hæredibus ejus exheredari, & repelli a successione patris, quando pater tacuit,***

Item adde, quod mortuo donatore, ejus hæres non potest revocare talem donationem propter ingratitudinem, ita expresse disponunt prædicta jura. Similiter etiam mortuo donatario, non potest donator illum revocare ab ejus hærede: ita determinat Odofred. Cyn. Albert. Faber, & communiter Doctores in *l. fin. Gloss. ordinaria in d. cap. fin. de don. & ibi Joan. Abb. & communiter alii Doctores.* Cujus ratio vera & mentalis est secundum eos: quia est quedam facultas, & actio, & obligatio descendens ex delicto ad vindictam, quæ non transit ad hæredes activè, nec passivè, ut in *l. unica, Cod. ex delictis de sancti. cum similib.* Quod tamen limita, & intellige, quando donator in vita habuit notitiam ejus, & habuit tempus ad agendum, & revocandum donationem: secus vero aliàs, quia tunc transit ad hæredes tam activè quam passivè, argumento text. in *cap. cum in veteri, de elect. in cap. fin. de dilat. & ita probat textus expresse in *d. cap. fin. de don. ubi dicit: tacuit, & ibi tenet Joan. And. Abb. Angel. Cardin. Imol. & communiter Doctores, tenet etiam Cyn. & ibi alii Doctores in l. 1. C. de revoc. don. fin. quest. Faber in §. sciendum, instit. de donat. Confirmatur etiam per Gloss. in *l. fideicom. & in l. forem, Cod. de bis quibus ut indign. & ibi communiter Doctores, ubi habetur, quod sicut legatum vel fideicommissum potest expresse revocari per testatorem sua voluntate: ita etiam censetur tacite revocatum per aliquam causam ingratitudinis, contra eum commissam, quando illum ignoravit. Confirmatur etiam: quia licet filius, qui commisit causam ingratitudinis contra patrem, non possit ab hæredibus ejus exheredari, & repelli a successione patris, quando pater tacuit,***

O 2 & cum



& cum non exheredavit: tamen debet intelligi, quando scivit, & habuit notitiam ejus, secus vero si ignoravit, quia tunc heredes possunt exheredare, & repellere, ut dixi, & fundavi in querela inofficiosi testamenti.

15 Finaliter, & postremò quæro, an, & quando ista donatio non valeat? Et resolutivè dico, quòd quando est omnium bonorum. Item, quando est inter patrem & filium. Item, quando fit inter maritum, & uxorem, ut dixi in *l. Tauri*. Advertendum tamen, quòd omnia prædicta habent locum in donatione simpliciter inter vivos: secus autem est in donatione causa mortis, quia illa habet diversam naturam, & effectum. Pro cujus perfecta declaratione dico, quòd donatio causa mortis est illa, quæ fit occasione mortis futuræ, vel instantis periculi, cujus effectus conferatur in tempus mortis, ut quando quis donat alteri rem, vel pecuniam post mortem donatoris, vel donat propter mortem, vel propter periculum, quòd sperat, ut hostium, navigationis, vel quid simile: quia utroque casu oritur actio, & obligatio efficax post mortem donatoris, text. est in *l. 1. & per totum, ff. de don. caus. mort.* textus in *l. 1. & per tot.* Cod. eodem titulo, textus in *§. 1. Instit. de donat.* textus in *l. §. 4. s. part.* facit etiam text. cum materia in *l. §. 4. Cod. de actionibus ab hered. & contra hered. & in leg. apud Lucium, ff. de cond. & demonstr. & §. 2. utrobique communiter Doctores. Et adde, quòd seaper requiritur, quòd fiat mentio mortis, vel instantis periculi, alias non esset donatio causa mortis, sed donatio simplex, modò fiat à sano, modò ab infirmo, modò ab eo qui sit positus in instanti periculo, text. est singularis, & expressus in *l. Scia, §. si ff. de donat. caus. mort.* cujus verba sunt: *Eum autem, qui absolute donaret, non tam mortis causa, quam mortem intendit donare, & ibi notat & commendat Glossa ordinaria, Bartol. Alberic. Ang. & reputat singularem Paul. de Cast. & Joan. de Imol. Gloss. in l. si mortis causa capimus, §. Tertia, eodem titulo, Gloss. in l. penult. ff. de dot. prælegat. Gloss. in l. apud Lucium, §. Julia, ff. de dol. excepti. Gloss. in l. si. Cod. de don. caus. mort. & utrobique communiter Doctores, & illum textum reputat singularem Alexand. in leg. qua dicit, ff. solut. matrim. §. column. numer. 1. & ibi Jaf. 6. column. numer. 26. Bald. in c. quantum frequenter, ut l. non contesti, 4. column. numer. 11. idem Bald. in l. si mortis, Cod. ad Falcid. Angel. & alii Doctores in §. 1. Instit. de don. probat etiam textus in l. 3. cum tribus seq. eodem titulo, de don. caus. mort. in leg. 1. §. 1. ff. si quid in fraud. per.**

16 Item etiam prosequendo materiam, in primis quæro, an talis donatio causa mortis æquiparetur contractui, vel ultimæ voluntati? Et breviter, & resolutivè dico, quòd respectu formæ solemnitatis, & ordinationis æquiparetur contractui, argumento text. in l. inter mortis caus. ff. de don. caus. mort. ubi habetur, quòd donatio ista requirit præsentiam partium, item stipulationem, vel traditionem, text. in l. tam et, §. 1. eodem titulo, ubi habetur, quòd licet filius familias non possit testari, etiam de consensu, & licentia patris, tamen bene potest donare causa mortis. Nec obstat textus in l. §. fin. Cod. de do. caus. mort. ubi habetur, quòd in donatione ista requiruntur quinque testes, sicut in codicillis: quia cum effectus conferatur post tempus mortis quo donator non reperitur vivus, ut possit se defendere, & verisimiliter potest timeri falsitas, merito requiritur major sollemnitas, sicut aliàs est ista causa, & ratione requiritur in ultima

voluntate. Confirmatur etiam, quia multoties videmus, quòd in contractibus est aliqua causa requiritur major sollemnitas & numerus testium ut in *l. §. cum auct. sibi possit, C. si cert. & in l. testium, Cod. de testib.* Unum tamen est, quòd cum hodie de jure regio testamentum, vel codicillum valeat, & teneat cum solis tribus testibus, & tabellione, ut in leg. 1. tit. 1. l. 5. ord. & in leg. Tauri, similiter valebit donatio causa mortis, quia remissa sollemnitate in uno, censetur eadem ratione, & à fortiori, remissa in alio, & in terminis ita probat text. in l. Marcellus, ff. de don. caus. mort. & ibi Glossa ordinaria, textus in l. cum hic status, §. similibus, ff. de donat. inter vir. & uxor. & istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in l. §. fin. Cod. de testam. 2. column. numer. 6. tenet etiam Jaf. in l. 2. de leg. 1. col. in medio. Respectu verò confirmationis, & effectus æquiparetur ultimæ voluntati: quia morte donantis confirmatur, & ante licet potest per eum revocari, textus est in l. 1. de don. caus. mort. textus in l. senatus, §. 1. ord. tit. in l. non videtur, eodem titulo. Cujus verba sunt: *N. v. d. sur perfecta donatio mortis causa antequam mors insinuat, textus in §. 1. Inst. de don. & utrobique communiter Doctores, & in expresse istam doctrinam, & resolutionem ponit singulariter Bald. in leg. 1. ff. de legat. 1. & ibi Paulus de Cast. Joan. de Imol. Ant. Cum Alexand. Socin. Jaf. Lancellotus, Ripa, idem Bald. in l. cum hic, ff. de transact. 2. l. §. fin. column. & ibi alii Doctores. Ang. de Aret. in §. 1. Inst. de donat. & ibi etiam communiter Doctores & ita debet intelligi Gloss. ordinaria communiter approbata in l. 2. ff. de dot. præleg. Glossa etiam ordinaria in dist. §. 1. Instit. de donat. Ex quo resolutivè plura singularia infero in materia. Primò quòd cum respectu formæ, & ordinationis æquiparetur contractui, requiritur præsentia utriusque partis, & sollemnis stipulatio, vel traditio, text. in l. inter mortis, versio. 1. ff. de donat. caus. mort. & communiter Doctores Quod declaro isto modo. Nam si res non fuit tradita, sed intervenit stipulatio, competit efficax actio ipsi donatario post mortem donantis contra heredes ejus. Si verò res fuit tradita, dominium translatum est, licet revocabiliter: quia donator potest per aliter, & post mortem donatoris remanet apud donatarium irrevocabiliter, & perfectè, nec competit, vel oritur sibi aliqua actio, vel obligatio ex eo, quòd contractus incipit à traditione, & habet etiam consummatum effectum, ita probat textus notabilis in l. si mortis causa res donata, eodem titulo, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, textus in l. qui mortis ead. titulo, & ibi Doctores. Nec obstat, si dicas, quòd ex nuda, & simplici vocatione res non transit in alium dominium, nisi interveniat titulus, & causa habilis, & sufficiens, ut in l. nunquam vada, ff. de acquir. ver. domin. cum similibus. Sed in nostro casu donatio causa mortis non est perfecta, nec valida in vita donatoris, sed virtus & effectus ejus est suspensus in tempus mortis, tanquam in acta conditionali, ergo non potest de jure transire dominium; quia respondeo quòd illud est verum, quòd nulla subest causa, vel titulus, re vel spe: secus verò, quòd subest saltem spes de futuro, ratione contractus conditionalis, textus est in l. deici fructus §. fin. cum l. seq. ff. de jur. dot. & ibi communiter Doctores, text. in l. contractus, Cod. de instrumentis. & ibi Gloss. ordinaria. Secundo infero, quòd cum hodie ex nudo pacto donationis oritur actio, ut in l. si quis argentum, §. fin. autem, Cod. de donat. similiter*

similiter oritur in donatione causa mortis, & in expresse ita tenet Gloss. singularis & unica in l. cum pater, §. Marcio, ff. de legat. 2. quam ibi ad hoc notat, & commendat Bart. Albert. Bald. Paul. Imol. idem Bartol. in l. 1. ff. de don. caus. mort. 1. column. n. 2. & ibi etiam communiter Doctores, & illam Gloss. ad hoc reputat singularem & unicam Angel. Paul. & Modern. in l. 1. ff. de legat. 1. idem Angel. in l. cum ex causa ff. de re jud. idem Angel. in l. 2. ff. de Publicia, §. Bald. & alii Doctores in l. 1. Cod. de don. caus. mort. Idem Bald. in l. si quidem, Cod. de act. & oblig. idem Bald. in l. cum hi, ff. de transact. 1. l. §. fin. column. Idem Bald. in l. cum virum, Cod. de fideicom. 1. column. 3. n. mov. 3. idem Bald. in l. unica §. fin. autem sub conditione, Cod. cad. vol. in l. item. Bald. in l. si donationis, Cod. de contrah. empr. idem Bald. in l. executorum, Cod. exec. rei judic. 3. col. Angel. in §. personam, Instit. de act. & ibi Jaf. 10. column. similis tamen Gloss. est in l. 2. Cod. de jur. dot. in gloss. mag. in fin. & ibi Doctores. Et eodem modo poterit fieri inter absentes, interveniente nuntio, vel epistola, argumento text. in l. consensu ff. de act. & oblig. & in l. absentis ff. de dmar. cum ibi notatis. Si verò fiat inter absentes non interveniente nuntio, vel epistola, non erit donatio causa mortis: sed potius legatum & ultima voluntas, ut infra dicam. Tertiò infero, quòd non requiritur aditio hereditatis post mortem donatoris, sed abque ea valet, & tenet donatio, & potest exigi. Quod declaro isto modo: Nam si traditio fuit sequuta, dominium est confirmatum morte, tanquam ex contractu conditionali, purificata conditione, nec eget actione, vel petitione. Si verò non fuit sequuta, sed sola promissio, tunc dabitur curator bonis, & hereditati jacenti, & tanquam creditor ex contractu petet ab eo prædictam donationem. Cujus ratio est: quia donatio causa mortis confirmatur morte: non verò confirmatur testamento, vel codicillo, vel alia ultima dispositione. Ita probant omnia jura superiora: & in specie probat textus in l. post legatum, §. qui mortis, ff. de his quibus in indign. & ibi tenet Gloss. ordinaria, Bart. Albert. & communiter Doctores, text. in l. sequens quæst. ff. de legat. & ibi notat Bart. Imol. & alii Doctores. Confirmatur etiam: quia simile videmus in donatione inter patrem & filium, & donatione inter maritum & uxorem, quæ non valet à principio, nec est perfecta, nec consummata: sed postea confirmatur morte donantis, & tamen non requiritur aditio hereditatis, Gloss. est singularis in l. scia cujus, in gloss. fin. in fin. C. fam. erisc. quam ibi notat, & commendat Bald. 3. column. numero 8. communiter alii Doctores, & ibi reputat singularem & unicam Angel. qui dicit, quòd licet legata, quantumcumque pia privilegiata, requirant additionem saltem ab intestato, ut in l. 2. ff. de fideicom. liber. & notatur in l. tanquam, Cod. de padercom. tamen ista donatio non requirit aliquam additionem ex testamento, vel ab intestato, & in effectu istam sententiam & conclusionem tenet, Bald. in dist. 1. 2. ff. de legat. 1. & ibi Angel. Paul. Imol. Aret. Alexand. Socin. Jafon. Lancel. Dec. & Franc. de Ripa, idem Bald. in leg. cum quis, ff. de donat. caus. mort. non secus. & ibi communiter Doctores, idem Bald. in l. si mortis, Cod. ad leg. Falcid. & ibi alii Doctores, idem Bald. melius quam alibi, in l. cum virum, Cod. de fideicom. missi. 1. col. & quæst. & ibi communiter Doctores, Bart. Ang. & Moderni in l. qui Roma. §. Flavius Herms. ff. de verb. oblig. Rom singulariter in legum mortis causa donationibus, ff. de donat. causa mortis.

Quartò infero, quòd cum hodie in nostro regno mulier conjugata non possit facere contractus, nec quasi contractus, sine licentia viri, similiter non poterit facere donationem causa mortis, cum æquiparetur contractui, quoad vim formam, sollemnitatem, & ordinationem, & in expresse ita tenet Anch. in suis consiliis, consil. 384. Alexand. in dist. 1. 2. ff. de leg. 2. fin. column. numero 13. & ibi Socin. penult. column. numer. 7. Ripa 4. column. n. 10. Aret. Alex. & alii Doctores in l. 1. ff. de verb. obligat. Abbas in cons. suis consil. 40. 2. volum. Jaf. in §. omnium Instit. de act. §. col. n. 29. licet contrarium tenent Rom. in dist. 1. 2. ff. de verb. oblig. & lanus quam alibi Jafon per bona fundamenta in dist. 1. 2. ff. de legat. 2. numer. column. 8. Quintò infero, quòd licet hæres, vel legatarius possit repudiare hereditatem, vel legatum: tamen donatarius, qui semel consentit stipulando, vel acceptando, non potest donationem causa mortis repudiare. Ex quo sequitur, quòd non poterit fieri præjudicium alteri tertio, cui fuisset gravatus restituere, & in expresse ita tenet Gloss. singularis & unica in leg. cum pater, §. mater, ff. de legat. 2. quam ibi ad hoc notat & commendat Bartol. & communiter alii Doctores, & reputat singularem Paul. in dist. 1. 2. ff. de legat. 1. 2. column. n. 6. licet corruptè eam alleget, & ibi Alex. 2. col. n. 8. Baldus in l. cum hic ff. de transact. 1. l. §. fin. column. Sextò infero, quòd pro tali donatione causa mortis non competit actio ex testamento, nec hypotheca, licet competat pro legatis, quia non reperitur jure cautum, ita Bald. Paul. in dist. 1. 2. ff. de legat. 1.

Item, cum respectu confirmationis, & effectus 17 æquiparetur ultimæ voluntati, infero primò quòd post mortem donantis dominium rei donate transit in donatarium, si nulla traditio fuit facta in vita, sicut transit dominium rei legatæ, & in probat text. juncta Gloss. prima ordinaria in l. 2. ff. de Publiciana, quem ad hoc reputat singularem & unicam Bald. Ang. & alii Doctores ibi: & idem Bald. in l. 2. Cod. si quis alteri vel sibi, & ibi Salycer. & alii Doctores, notat etiam & commendat idem Bald. in l. cum hic, ff. de transact. 1. l. §. fin. column. idem Bald. in l. 2. ff. de legat. 1. & ibi Paul. de Cast. Alex. & communiter Doctores, idem Bald. in l. si mortis, Cod. ad l. Falcid. Specul. in titulo, de donation. penult. col. ver. & nota. Rom. in l. 1. ff. de donation. caus. mort. fin. col. & ibi Caman. & alii Doctores, Ang. de Aret. in §. 1. Instit. de donat. final. col. in fin. Rolandinus, & ejus additor in tractat. de don. caus. mortis, fin. column. n. 19. Secundo infero, quòd in donatione causa mortis habebit locum jus accrescendi data conjunctione, sicut in legatis, textus est singularis & unicus in unica, §. fin. Cod. de caduc. toll. quem ad hoc reputat singularem & unicam Bald. & alii Doctores ibi: & dixi in materia juris accrescendi. Tertiò infero, quòd in donatione causa mortis detrahitur Falcidia, sicut in legatis text. est in l. cum pater, §. coram. ff. de legat. 2. & ibi notat & commendat Bartol. Alberic. Bald. Paul. Imol. text. in l. 1. §. si quis ex mort. ff. quorum legatorum, & ibi Doctores, text. in l. si mortis, C. ad l. Falcid. text. in l. 2. in fin. Cod. de donat. caus. mort. text. in l. penult. eodem titulo, & tradit plenè Bart. & Doct. in l. 1. §. item si va ff. de donat. caus. mort. Quartò infero, quòd in donatione causa mortis non requiritur insinuatio, licet excedat summam quingentorum solidorum, sicut nec in alia ultima voluntate, textus est formalis, & expressus in l. fin. Cod. de donat. caus. mort. & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria Bartol. Olofred. Cyn. Alberic. Bald.



Bald. Ang. Salyc. & communiter Doctores. 18 Ex hoc maxima cum ratione dubito, an in donatione pura, & simplici, quæ à principio non valet, sed morte confirmatur, ut donatio inter maritum & uxorem, & inter patrem & filium, requiratur insinuatio? Et videtur quod non, argumento text. in l. si Cod. de donat. caus. mort. & quia videtur æquiparari, cum utraque habeat vim relicti, juxta notata in aulben. ex testam. Cod. de col. lat. & in leg. alius licit, & in expresso quod non requiratur insinuatio, tenet Bald. in l. si mortis, Cod. ad leg. Falcid. 2. col. Sed salva ejus pace, contrarium est tenendum; imò, quod requiratur insinuatio, text. est formalis, & expressus in leg. donationes quas parentes, Cod. de donat. inter vir. & uxor. ubi disponitur, quod talis donatio est nulla, & non confirmatur morte, nisi fuit insinuata, & ibi notat, & commendat Gloss. ordinaria. Sed operæ pretium est investigare rationem diversitatis, & cogitari, quod vera & mentalis ratio potest esse: quia donatio causa mortis habet vim relicti, cum ejus effectus conferatur post mortem: donatio verò, quæ morte confirmatur, est pura & simplex, & merito, si est excessiva, est nulla sine insinuatio, & non confirmatur morte. Pulchrum tamen & subtile dubium est, an talis donatio sit in totum nulla, an verò solum pars excessiva, & in alia confirmetur morte. Et videtur, quod in totum sit nulla, & aliqua parte confirmetur morte, ita probat textus in dist. l. donationes quas parentes, Cod. de donat. inter vir. & uxor. in quantum simpliciter, genericè, & absolute loquitur, & ibi videtur sentire Gloss. ordinaria in verbo, concedimus, in ratione quam reddit, dum dicit: Cum duobus careat adminiculis: scilicet ratione personæ, & ratione rei. & ibi expressè tenet Salyc. n. 3. & illum textum ad hoc reputat singularem Socin. n. l. si inter virum, ff. de reb. dub. 2. colum. ubi dicit, quod ita consuluit in civitate Florentiæ, & consilium ejus fuit approbatum à toto collegio, in quo erant multi præstantissimi viri. Idem Socin. in l. 1. ff. de matr. 19. column. numero 22.

Sed ego firmiter teneo contrarium, imò quod donatio sit nulla in parte excessiva, quia non fuit insinuata, sed in alia confirmetur morte, argumento text. & ejus rationis, in leg. sancimus, Cod. de donat. Nec obstat textus in dist. l. donationes quas parentes, Cod. de don. int. vir. & uxor. quia si bene inspicitur, potius probat meam sententiam & conclusionem in quantum dicit: Nam amplioris quantitatis &c., quasi dicat, quod in parte tantum excessiva non confirmatur, & in expresso ita tenet ibi uno verbo Odofred. & Albericus in expositione literæ. Joann. Andr. in addit. ad Speul. in tit. de donat. in verbo. donationes. Palat. Rub. in sua repet. fol. 59. 4. colum. in fin.

Quintò infero quod sicut in legatis, relicti in ultima voluntate sub conditione negativa, habet locum cautio Mutiana, ut in leg. Mutiana ff. de cond. & de monstr. cum similib. Ita etiam in donatione causa mortis, ita probat textus formalis, & expressus in aulben. de nuptiis, §. præfata autem, col. lat. 4. & tenet Bald. in aulben. cui relicti, Cod. de indist. viduit. collen. 4. col. 8. notabili, & ibi alii Doctores, & per illum textum ita tenet Jaf. in l. 2. de leg. 1. pen. col. n. 17.

Sextò infero, quod sicut in hæreditatibus vel legatis potest fieri substitutio vulgaris, & fideicommissaria: ita in hac donatione causa mortis, textus est in l. ut hæredibus ff. de leg. 2. textus in l.

si cui mortis causas, ff. de don. caus. mort. quod intellige, quando primus donatarius promittit per stipulationem, vel pactum secundo donatario: quia alias non potest illi quæri, cum ista donatio requiratur præsentium parit, & formam, & solemnitatem contractus: ita probant prædicta jura, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, tenent etiam communiter Doctores in l. 1. Cod. de don. caus. mort. Quod ego subintelligo de jure antiquo, secus verò de jure novo, cum in donatione possit fieri pactum favore alterius, & ex eo sibi quaeritur actio argumento textus in l. quosent, Cod. de don. que sub modo, & ita videtur declarare Joan. de Imol. in dist. l. si cui mortis, ff. de donat. caus. mort.

Unum tamen est, quod isto casu censetur subintellecta conditio illa, si sine liberis decedat, sicut in ultima voluntate, secundum Gloss. ordinariam & Doctores in dist. l. 1. C. de don. caus. mort.

Septimò infero, sicut in ultima voluntate impossibilis conditio rejicitur de dispositione, ut in l. 1. ff. de condit. institut. & in l. 2. ff. de condit. & demonstrat. cum similib. ita eo modo in donatione causa mortis, text. est in l. que sub conditione, §. hoc edictum, ff. de condit. institut. & ad hoc notat & commendat Bald. Imol. & alii Doctores in l. 1. eodem titul. & illum textum reputat singularem Joan. de Imol. in leg. illud, ff. de donat. caus. mort. idem Imol. & Doctores in leg. impossibilis, ff. de verb. oblig.

Octavo infero, quod capacitas, vel incapacitas donatarii inspicitur tempore mortis donantis sicut in ultima voluntate, textus est in l. mortis causa de donationibus, ff. de donat. caus. mort. & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores.

Nonò, quia sicut institutio, legatum, vel fideicommissum potest fieri inter maritum & uxorem; imò blanditiis, & verbis deprecatis potest unus alterum ad hoc attrahere, ut in l. fin. ff. si quis aliquem testari prohib. & in l. fin. eodem titul. & utrobique Doctores; ita inter eos potest fieri donatio causa mortis, & secuta morte, erit valida, etiam si in vita non intervenit traditio, textus est l. si eum servum, §. fin. cum l. seq. ff. de donat. inter vir. & uxor. textus est in l. si morit causa inter virum & uxorem, ff. de donat. caus. mort. text. in l. pen. eod. titul.

Decimò infero, quod sicut alienatione voluntaria rei legatæ consecratur revocatum legatum, ut in l. rem legatam, ff. de admin. legat. & in l. fideicommissa, §. fin. ff. de legat. 3. etiam si postea testator redimat, ut in leg. cum servus, ff. de admin. leg. ita revocabitur donatio causa mortis, ita tenet Dynus in l. Stichum qui meus erit, ff. de legat. 1. quod dictum reputat unicum, & non alibi, Bald. ibi, & sequitur Imol. Aret. Cuman. Alexand. & Jafon & tenet Alex. in l. 2. eod. tit. fin. column. & ibi Jaf. penult. column. numer. 15. Roman. per textus ibi in l. Marcell. §. Paul. de donat. caus. mort.

Prædicta tamen intellige, quando donatio fuit facta præsentis, vel absentis, interveniente nuncio, vel epistola: secus tamen est, quando fieret absentis, non interveniente nuncio, vel epistola: quia tunc indistinctè, quoad omnia, habetur pro ultima voluntate, & in omnibus ei comparatur, imò quod magis est illud procedit, etiam si donatio sit facta simpliciter, & inter vivos: quia si fiat absentis, & cum solemnitate, requiritur in ultima voluntate, puta coram quinque testibus, censetur legatum,

legatum, & ultima voluntas, ita probat textus in l. miles ad forens. ff. de leg. 2. & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores, textus in l. cum pater, §. donationis, eod. titul. facit textus in l. si donatio, Cod. de donat. textus in l. quoniam indignum, Cod. de testamentis, textus in l. 2. Cod. commun. de leg. Ex quo inferitur, quod omnia, quæ habent locum in propria, & vera ultima voluntate, habebunt etiam locum in ista donatione facta absentis.

19 Item quæro, qualiter revocetur ista donatio causa mortis? In quo articulo breviter & resolutivè dico, quod primò revocatur per penitentiam, & expressam voluntatem donatoris: quia cum non sit valida, nec perfecta, nisi post mortem ejus, merito ante potest liberè revocari, textus est in l. Marcell. §. Paulus, de donat. causa mort. textus in l. moris eodem titul. cum similibus. Et an tunc requirantur quinque testes, vel sufficient duo, vide Phil. Dec. in l. non omnis, ff. si cert. per.

Secundò revocatur tacite, si prius decedat donatarius, quem ipse donator, textus est in l. 1. ff. de don. caus. mort. textus in l. si mort. caus. res donata, eod. titul. textus in l. non omnis ff. si cert. per. text. in §. 1. Instit. de donat. text. in l. fin. titul. 4. §. p. prt.

Tertiò revocatur etiam tacite, si donator fecit donationem, cum esset infirmus, vel in aliquo periculo positus, & postea convalescit vel fuit liberatus ab illo periculo: quia statim ipso jure censetur revocata donatio. Quod tamen intellige & declara isto modo, quod licet donatio ista possit fieri tam à sano, quam ab infirmo, dum tamen fiat mentio mortis, ut supra dictum est, tamen in hoc est differentia, quod si fiat ab infirmo, vel existente in aliquo notabili & instanti periculo, tacite ipso jure revocatur per convalescentiam, vel eo ipso quod evasit ab illo periculo, veluti si illud non intravit: Si verò à sano, non revocatur, licet postea incidat in infirmitatem, vel periculum, & ab ea, vel eo evadat, vel sit liberatus, textus est capitalis, & expressus in l. non omnis ff. si cert. perat. & ibi notat & magistraliter declarat Paul. de Castr. & communiter Moderni textus in l. si servus, ff. de donat. inter vir. & uxor. ibi: donec aut vir moriatur, aut suspicione mortis, propter quam donavit, liberetur, & ibi Doctores, textus in l. apud Celsum, §. 1. ff. de doli except. textus qui sic debet intelligi, in l. fin. tit. 4. §. part. Quod notabiliter intellige, quando fit facta donatio præsentis: secus verò si absentis: quia tunc cum in omnibus æquiparetur ultimæ voluntati, non revocatur per convalescentiam, vel evasione à periculo, sicut nec ultima voluntas revocatur, argumento textus in l. fin. Cod. de posthum. hereda. instit. & ita tenet etiam, & declarat Paul. & Moderni in dist. l. non omnis ff. si cert. per. qui dicunt esse valde notabile & mente tenendum.

Quæ omnia perpetuo, & singulariter limita & intellige, quando est facta mentio mortis in verbis dispositivis, denotantibus substantiam actus, & dispositionis, ut si quis dicat: Dono tibi talem rem vel pecuniam, post mortem meam, vel cum moriar, vel quia tunc est mihi timor mortis: quia tunc est mera donatio causa mortis, & potest revocari expressè, vel tacite: & denique habent locum omnia, quæ supra dicta sunt in materia donationis causa mortis, secus tamen est, si est facta mentio mortis in verbis executivis, denotantibus dilationem, & terminum solutionis,

ut si quis dicat: Dono tibi talem rem, vel pecuniam solvendam post mortem: vel dono tibi fundum, retento usufructu pro vita mea: quia tunc non intelligitur esse donatio causa mortis, sed vera, & propria donatio inter vivos, & per consequens revocari non poterit, argumento textus in l. Scia, §. fin. ff. de donat. caus. mort. textus est in l. Scia ff. de dote præl. textus in l. nam & si cum moriar, ff. de condition. indeb. textus in l. 1. Cod. de actio ab hered. & contra hered. textus notabilis cum materia, in leg. quidam testam. ff. de legat. 1. & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in l. 2. de jur. dot. 2. column. idem Bald. in leg. si mort. Cod. ad l. Falc. 2. column. numer. 3. Ludov. Roman. in l. que §. doris, ff. sol. mat. 3. column. numer. 8. & ibi Alexand. 4. column. numer. 12. Jaf. S. col. n. 35. Alex. cons. 14. col. r. notabili. Segura in repet. l. 1. §. si vir uxori, ff. de acquir. poss. 4. fol. 3. column.

Item quæro, an revocata prædicta donatione expressè, vel tacite, revertatur ipso jure dominium in donatorem? Et resolutivè dico quod sic, & competit ei rei vindicatio, & similiter conditio ob causam, vel sine causa, text. est singularis & subtilis in l. si mortis causa res donata, cum l. sequenti, ff. de donat. causa mortis, & ibi Glossa & communiter Doctores. Et confirmatur: quia in casibus, in quibus ex solo titulo, & contractu transit dominium in aliquem ipso jure, sine traditione, in ejusdem facta revocatione, & resolutione contractus, re transferatur ipso jure dominium in alienantem, istam regulam, & doctrinam probat text. valde notabilis in l. fin. C. de legat. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, probat etiam Gloss. ordinaria in l. 1. Cod. de inof. donat. in gloss. magna, in fin. vers. sic. ac hic. & ibi Bald. Paul. & communiter Doctores, & in effectu ita tenet & declarat Paul. de Castr. in dist. l. si mort. causas res donata, dicens esse valde singulare, & ibi Joan. de Imol. & alii Doctores.

Item quæro, an facta revocatione hujus donationis possint repeti fructus? Et breviter dico quod sic, nedum pendentes, sed etiam percepti, à tempore donationis, textus est in l. cum qui ff. de condit. causa dat. causa non fecit. Cujus verba sunt: Cum quis mortis causa donationem fecisset, cum convalescisset donator, conditio fructus quoque donatarum rerum, & partus & quod accrevit rei donatæ, repetere potest, & ibi notat, & commendat Bartol. Bald. Angel. Paulus, Cuman. Alexand. & Jaf. text. in leg. videamus, l. 2. §. idemque est, ff. de nunciis, & ibi communiter Doctores, tenet etiam & commendat Bartol. in leg. si mortis causa, ff. de donat. causa mortis.

Sed advertendum, quod contra istam decisionem facit tale fundamentum: quia quando quis recipit fructus de voluntate domini, etiam ex contractu revocabili, ut ex commodato, precario, vel simili, non tenetur fructus restituere, secuta revocatione, text. est in l. in commodato, §. si quis, ff. commodat. textus in l. Aquilius Regulus, ff. de donat. textus in l. Lucius, eodem tit. textus in l. Julianus §. ex vendito, vers. possessionem, ff. de action. empt. & tenet Bartol. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. 1. col. numer. 5. & communiter Doctores. Sed respondeo quod in dictis juribus actus, & contractus statim valet, & habet effectum, nec in suspendit ejus confirmatione post mortem: sed in nostro casu contractus non est validus, nec perfectus in vita donantis, sed suspenditur ejus confirmatio post mortem: unde si ante revocetur, repetuntur fructus, & in expresso ita tenet & declarat Bald. in dist.



dist. l. cum quis ff. de cond. caus. dat. caus. non fecit.

Nec obstat text. in l. dotis fructus, cum l. ser. ff. de jir. dot. & in l. sub conditione ff. de solut. ubi, quando prudente conditione fit traditio, transit dominium, & recipiens lucratur fructus, In quo jure ita tenet Socin. in l. si interemptis ff. solut. matrim. quia ibi fit revocatio per desistentiam conditionis, & non per revocationem partis, Ex quo infero, quod si donatio pura & perfecta revocetur per supervenientiam liberorum, non revocantur fructus medio tempore percepti: sed tantum illi, qui sunt percepti post nactivationem liberorum. ut supra dixi.

Secundò infero, quòd si donatio pura, & simplex revocetur propter ingratitudinem, juxta dispositionem textus cum materia in l. fin. Cod. de revoc. don. in ca. fin. extra de donat. non revocabitur cum fructibus perceptis: quia jam donatio fuit perfecta & consummata, & in expresse isto fundamento & ratione ita tenet Rolandus in tract. de don. caus. mor. 2. column. n. 6. per quam dicit singularem in l. generaliter, §. plane, ff. de fideicom. m. liber. post præceptorem suum, quem citat, & refert.

Tertiò infero, quòd si contractus rescinditur tempore medio, textus in l. 2. de rescind. vend. non possunt peti fructus medio tempore percepti.

Item b. quæro, si in donatione causa mortis expressè dictum est, quod non possit donatio revocari, an erit donatio causa mortis & possit revocari expressè, vel tacitè, modis prædictis, vel erit simplex donatio inter vivos: Et breviter dico, quod non erit donatio causa mortis, sed donatio inter vivos, & per consequens non poterit revocari, nec in ea habebunt locum ea quæ dicta sunt in donatione causa mortis, textus est singularis & expressus in l. ubi ita donatur ff. de donat. caus. mor. & ad hoc notat & commendat ibi Glossa ordinaria, Bartol. Albert. Angel. & communiter Doctores & illum textum ad hoc reputat singulari Joan. de Imol. ibi Bald. in l. 1. Cod. de jure dat. Baldi in l. Cum quis, ff. de condit. ob caus. idem Baldus, in leg. qua dotis ff. solut. matrim. Rod. Suar. in al. leg. iuris sibi, allegatione 20. probat etiam textus in leg. si alienam, §. 1. vers. fin. eodem tit. de donat. caus. mortis, textus in l. sentus, §. mortis, vers. fin. eodem tit. Cujus ratio potest esse, quia tali casu mentio mortis videtur adjecta causa differendæ solutionis, non verò causa substantialis dispositionis, ita tenet ibi Gloss. & communiter Doctores.

Nec obstat, si dicatur, quod pactum appositum contra substantiam & naturam actus vel contractus, est nullum ipso jure, ut in l. cum precario, ff. de precar. cum similibus, quia illud est verum & procedit, quando non potest converti in aliam speciem contractus sibi similem, & iste est verus & realis intellectus horum jurum, & in effectu ita tenet & declarat Bartol. & communiter Doctores, in d. leg. ubi ita donatur, Bald. in l. si pater, ff. de adopt. 2. l. ubi dicit, quod ista verba sint aurea, & quod alii in hac materia phreneticent.

Unum tamen est, quod si talis donator in instrumento donationis causa mortis ponat verba generalia, quod promissit prædictam donationem & omnia contenta in instrumento servare firma, rataque habere, & nullo tempore revocare, nec contravenire, erit donatio causa mortis, & poterit expressè vel tacitè revocari: quia illa ver-

ba generalia debent intelligi secundum naturam contractus, super quo interponitur, & argumento textus in l. quare, §. inter locatorem, ff. de locat. textus in l. conventionaliter, infra isto tit. de verb. obligat. textus in l. si stipulatus ff. de usur. textus in l. 1. §. si qui sub conditione, ff. de legat. seu fideicommiss. non caveat. & utrobique communiter Doctores. Confirmatur etiam: quia talia verba magis videntur posita ex usu & consuetudine Tabellionum, quam ex voluntate partium: & in terminis ita tenet Bald. in l. cum quis ff. de condit. caus. dat. caus. non fecit. Alexand. in l. qua dotis ff. sol. matr. quod est singulare. Contrarium tamen tenet Jaf. in l. non omnis, ff. si cert. per. Imò, quod sit donatio inter vivos, & non possit revocari, per text. in dist. l. ubi donatur, ff. de don. cons. mori. Sed pro concordia dico, quod si in ipsa substantia donationis, & principalibus verbis dispositivis, in quibus substantia contractus consistit, dicta verba ponantur, erit donatio inter vivos, & non poterit revocari, & procedat text. n. auct. l. ubi ita donatur, & opinio Jafonis. Si vero in ipsa substantia donationis, & verbis principalibus dispositivis non opponuntur, sed accesserit in fine instrumenti, ut communiter per tabelliones fieri solet, tunc censetur esse donatio causa mortis, & per illa verba non amittit virtutem, & effectum ejus, & procedat opinio Baldi, & sequacium: quia clausura accessoria in fine posita, respicit tantum executionem, & non videtur mutare principalem dispositionem, argumento textus in Clem. unica, in fin. de præben. & in terminis illam doctrinam & concordiam ponit Philipp. Dec. in l. non omnis, ff. si cert. p. r. quod reputo novam & singularem in practica.

Advertendum tamen, quod regula & conclusio, quæ habet, quod donatio causa mortis convertitur in donationem inter vivos, quando in ea prædicta verba ponuntur, debet intelligi, quando est talis quæ possit valere inter vivos: secus verò alias, ut si quis donet alteri omnia bona sua presentia & futura, cum pacto de non revocando: quia ex mente contrahentium valebit ut donatio causa mortis, ut actus potius valeat quam pereat, & illa verba confirmativa intelliguntur secundum propriam naturam donationis causa mortis, argumento textus in l. quoniam, ff. de reb. dub. textus in l. cum precario ff. de precar. & ita tenet & declarat Paul. in consil. suis, quem refert Alexand. in l. qua dotis, ff. solut. matrim. 4. column. numer. 11. Sed ibi reprobatur & tenet contrarium; quia per illa verba resolvitur in donationem simplicem inter vivos, ut in dist. l. ubi ita donatur. Ergo non potest alio modo valere.

Item quæro, quæ personæ prohibeantur donare. Et magistraliter & resolutivè dico, quoad sequentes. Primò prohibetur maritus donare uxori, vel e contra, Cujus ratio est, ne mutuo amore se spoliarent, textus est in l. 1. §. 2. §. per 10 ff. de donat. inter vir. & ux. Cujus pulchra verba legis tertie sunt: *Majoris nostri inter virum & uxorem donationes prohibentur, amorem honestum solis animis assistentes, sane etiam conjunctorem consilientes; ne concordia pretio conciliari & daretur, nec melior in paupertatem inciderit, & deerior dicitur fieret, & ibi Odofred. Bart. Bald. Salyc. & communiter Doctores, textus in l. 1. §. per totum, Cod. eodem tit. & idem disponit l. 4. §. 5. tit. 11. 4. part. Et in tantum hoc est verum, ut talis donatio sit ipso jure nulla, & ex ea nulla oriatur actio, nec obligatio, textus est in l. 3. §. sciendum, ff. de don.*

don. inter vir. & ux. & ibi communiter Doctores, & per eum tenet etiam Bartol. & est communis opinio in l. cum lex, ff. de fideiuss.

Dubium tamen singulare est in materia, si maritus senex vel ignobilis facit donationem uxori suæ juveni, pulchre, vel nobili, vel confessas sit ex certa scientia dotem recepisse, quam non recepit, an valeat & teneat? Et breviter dico quod sic: quia est potius remuneratio, quam donatio, argumento text. in l. quod autem, §. si vir, ff. de don. inter vir. & ux. per quem ita tenet Bartol. in l. divortio, infra de eod. de verbor. oblig. & ibi Paul. Imol. Cuman. Alexand. & Moderni, ubi Jaf. melius quam alibi, 3. column. numer. 1. Idem Bart. in l. si voluntate, Cod. de dot. promiss. ubi dicit, esse suam novam dictam, quod omnes sequuntur, Bald. in l. si puella, Col. de inof. test. Abb. & Canoniste in capite super eo, de testib. & idem Abb. in cap. Gemma de spons. Socin. & Moderni in leg. ff. sol. matrim. Palac. Rab. in sua repet. cap. per vestras, fol. 17. volum. cum seq.

Advertendum tamen, quòd talis donatio confirmatur morte ipsius donatoris, non verò donatarii, textus in leg. Papi. ff. de donat. inter vi. & ux. & ibi Gloss. ordinaria, Bart. & communiter Doctores textus in l. 1. §. in l. etiam, & in leg. a marito & per totum Col. auct. & ibi communis opinio. Cujus ratio est, quia illo tempore jam cessat illa ratio impeditiva, & unus libere potest in trahere alium, vel ei legata fideicommissa relinquere: ergo ex tacita voluntate videatur confirmata talis donatio, & habere viam relicti. Verè tamen & realiter est donatio, & sic species contractus, ut probatur & colligitur ex prædictis iuribus. Ex quo inferitur, quod ad hoc, ut talis donatio valeat & confirmetur morte, non requiritur hereditatis aditio: probat textus in l. 1. Cod. de donat. vir. & uxorem, ita tenet Bartol. & communis opinio, idem Bart. & alii Doctores, in sequens quest. ff. de legat. 2. teneb. etiam Paulus de Castr. & communiter Doctores in leg. scripte, 2. ff. de legat. 1. Item inferitur, quod talis donatio valebit à tempore mortis, & non ante retrotrahitur validitas ejus, per prædicta jura. Nec obstat textus in l. donationes quæ parentis, Cod. de donat. inter vir. & ux. ubi disponitur contrarium, imò, quòd retrotrahitur à tempore contractus, & facta donationis, quia ita debet intelligi, quoad fructus tantum, non verò quoad ipsam donationem, rem, & dominium ejus, secundum Gloss. & communiter Doctores ibi. Requiritur tamen traditio rei ad hoc, ut donatio confirmetur, ut aperte probant prædicta jura. Cujus vera & subtilis ratio potest esse, quia cum talis donatio & titulus ejus, sit nullus momentè, non esset quid confirmabile, nisi sequeretur traditio: ea verò secuta, jam est actus rei, & voluntas quæ possit confirmari. Istam rationem colligo ea mente prædictarum jurum, & ex mente Baldi & aliorum, in l. 2. Cod. de inoff. donat. ex qua subtiliter deducitur, & inferitur, quòd licet nuda traditio non causet, nec transferat dominium, nec effectum, ut in l. nuptiarum nuda, ff. de acq. rer. dom. cum siml. tamen illud debet intelligi quando traditio est penitus nulla, & sine aliqua spe confirmationis: secus verò aliàs, ut in nostro casu.

Item adde quod prædicta debent intelligi quando maritus donat uxori, vel uxori marito de suo patrimonio, & illud diminuendo: secus tamen est, si unus eorum in favorem alterius donationem vel renunciationem faceret, quæ tenet etiam Ant. Gomezii Variar Resol. Tom. II.

in maximum commodam donatarii, tamen per eam nullum damnum, nec diminutionem bonorum suorum, nec patrimonii incurreret donator: textus est & quidem singularis & expressus in l. si sponsus, §. si maritus, l. 1. ff. de donat. inter vi. & ux. Cujus pulchra verba sunt: *Si maritus hæc instrumentum repudiaverit hæreditatem donationis causæ, Julianus sibi, donationem valere. N. que enim pa. prior sit, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo deposuit, & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores.*

Ex qua sententia & conclusione infero plura 24 bona, & singularia. Primò infero, quod si maritus repudiaverit hæreditatem, ut perveniret ad uxorem quæ erat hæc successora ab intestato, valet & tenet repudiatio. Secundò infero, quod si maritus hæres institutus repudiaverit hæreditatem, ut perveniret ad uxorem, vulgariter substitutam, valet & tenet repudiatio. Tertio infero, quod si maritus repudiaverit legatum vel si leicommissum, licet in eam per legem fuerit factus dominus, ut perveniret ad uxorem, ex causis prædictis, valet & tenet repudiatio. Quarto infero, quod si pater remittat filio usufructum bonorum adventitiorum, vel tacitè dovet permittere filium percipere fructus, valet & tenet talis remissio expressa, vel tacita, quia nihil donat de proprio patrimonio, sed renunciat, text. est singularis & unicus in l. cum oportet, §. si autem C. de nos. que liber. & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & reputat singularem & unicam Bald. Quintò infero, quod si debitor alicujus creditoris sit hæres institutus, vel sibi sit delata hæreditas ab intestato, vel aliquod legatum relictum, potest licitè repudiare, etiam in fraudem creditoris & non potest tanquam in fraudem revocari, quia non diminuit patrimonium, sed desinit acquirere. Sextò infero, quod si pater vel libertus repudiet magnam hæreditatem, vel legatum, etiam in fraudem legitime filiorum, vel patroni, non poterit tanquam inofficiosa revocari, & in expresse isto textus in l. 1. §. utrum, ff. si quis in fraudem patron. Septimò infero, quod licet donatio omnium bonorum, vel majoris partis facta ab eo, qui carebat filiis, revocetur per supervenientiam eorum, ut in leg. si nuptiarum, Cod. de revocand. donat. tamen illud debet intelligi, quando bona propria & realiter acquisita donavit: secus tamen est si bona nondum quæsitæ repudiavit, ut hereditatem, legatum, vel fideicommissum sibi relictum, & in terminis hoc tenet solus Socinus, dicens esse novam dictum in l. 1. Cod. de part. in fin. Octavo, & quidem singulariter infero, quòd licet hæc in nostro regno bona quæsitæ constante matrimonio dividantur inter maritum & uxorem: tamen poterit uxor suæ medietati lucrorum favore mariti renuntiare, & in terminis ita tenet Palac. Rab. in sua repet. cap. per vestras de donat. inter vir. & ux. fol. 26. 3. column. in pa. primo, cum sequens, ubi dicit sic fuisse pronuntiatum in consilio regali, in questione de facto. Sed advertendum in qua contra prædictam conclusionem principalem & omnes illusiones facit textus singularis & subtilis in l. 1. §. fin. de donat. inter vi. & ux. ubi dicit textus quòd si quis volebat donare Titio certam rem, vel pecuniam, & Titius noluit acceptare, sed renunciat, & noluit, & iussit ut daret uxori suæ, non valet, nec tenet donatio: quia perinde est, ac si Titius acciperet & acquireret, & postea donet uxori. Sed ultra Doctores ad illum text. ista est veritas, & nova solutio, & intellectus, quòd in primis



juribus, & illationibus, licet maritus, & prohibitus donare renunciavit, tamen uxor, & persona prohibita recipere, non recipit ab eo, sed jure proprio, & ex sua propria persona, & juris dispositione, quia erat successore ab intestato, vel substitutione, vel aliâ modo titulo, vel jure vocata. Sed in dist. l. 3. §. fin. vers. fin. in contrarium allegato uxor nullo jure proprio erat vocata, & admilla voluntate, & dispositione mariti: quia expressè renunciavit donationi quæ sibi fiebat, & dixit, & oneravit donantem, ut eam daret uxori, & ipse facit Quo casu verè & realiter dicitur capere ab ipso marito, cum alias non haberet, nisi mediante mandato ejus.

\* Dubium tamen majus videtur in casu contrario, quando maritus renunciat lucris quæ sitis vel quærendis, constante matrimonio, an valeat, & videtur quod non, cum sint sua propria & suo labore quæ sita, sed adhuc etiam ipso casu teneo, quid valeat renunciatio, quia sunt bona futura quærenda & non quæ sita, si fiat renunciatio tempore contractus matr. antequam bona quærantur. Item etiam quia uxor pro sua parte etiam quærit conservando. Adverendum tamen pro resolutione materiae quod post lapsum anni à die matrimon. valet donatio inter maritum & uxorem, ut in leg. tit. 12. lib. 1. §. fol. Sed alia lex debet servari in loco ubi est consuetudo, non aliâ, de quo articulo vide Palac. Rub. in sua repetitione oper. vestra. l. fo. 3. l. col. 4. \*

25 Item etiam prohibetur donare pater filios suo & in potestate text. est in l. 2. Cod. de inf. leg. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, textus in l. cum res, eod. tit. textus in l. donationes quas pater, Cod. de donat. inter. vir. & uxor. & utrobique communiter Doctores, & idem disponit l. 4. §. 5. tit. 12. l. 4. part. 2. lex 4. tit. 1. §. 6. p. vi. Cujus ratio est, quia si talis donatio valeret, necessariò statim reacquireretur patri ratione patriæ potestatis, & libimet videretur pater donare, quam ob rem merito non valet, istam rationem posuit Gloss. ordinaria d. l. 2. & ibi communiter Doct. & ponit Barr. in l. frater, ff. de cond. inst. pen. col. & ibi communiter Moderni. Ex quibus scribis cum ratione communi primò infero quod valet donatio facta filio emancipato cum cesset patria potestas, ut probant expresse prædicta jura. Secundò infero, quod valet donatio facta à matre. Tertio, quod valet, si fiat filio naturali. Quarto infero, quod hodie valet, si fieret filio conjugato, cum per contractum matrimonii habeatur pro emancipato, ut in l. 4. §. 7. Tit. 17. Quintò infero, quod valet donatio, quam filius faceret patri, vel matri. Sextò infero quod talis donatio facta filio in potestate, confirmatur morte patris donantis, cum cesset patria potestas. Et an hodie aliquid hoc lic mutatum, vide l. 17. Tauri, & ibi per me dicta.

ANNOTATIONES.

**I**nterueniente nuncio. Intelligo dummodo is nuncios specialiter ad id à donante sic destinatus, ut receptum affirmat Corn. cons. 214. lib. 3. Hippol. in l. si quis nec quasi. num. 60. ff. de quaest. & videndus de materia Julius Clarus in tract. de donat. quasi. 12. præter quos videto etiam quæ obliero in recept. sent. thesaur. vers. donat. num. 153. & sequent.

**B** In dubio autem si simpliciter. Videto Bartol. num. 11. Alex. num. 10. Pup. à num. 117. And. Alciat. à n. 58. §. in l. cum quisquid. ff. de her. et. Pelya. in cap. si cautio. num. 5. de fide instrum.

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referunt materiam Donationis explicantes.
- 2 Donationis definitio. Donatio fit traditione, vel promissione. Donatio an sit contractus. De evisione in donatione remissivè.
- 3 Donatio an possit fieri inter absentes. An mortuo donatore possit donatio acceptari. Quid in donatione facta infanti, vel minori, & quid si ipse minor donet. Donatio via facta, quod post mortem donatoris veniat ad Tertium, an possit revocari in præjudicium Tertii. Ad l. quodis, Cod. de donationibus quæ sub modo.
- 4 Revocatio nuntii, vel prætoris, per quem fit donatio, vel alius contractus; & similiter revocatio ipsius donatoris quomodo faciendâ. Revocatio procuratoris quomodo invidua. Solutio facta procuratori revocato, an valeat?
- 5 Donans rem an videatur solum donare partem quam in ea habet. Donans rem an videatur donare fructus pendentes? De evisione in donatione.
- 6 Differentia donationis, & legati in hoc. In dubio donatio non presumitur.
- 7 Insinuatio quando requiratur, & de ejus forma. De valore solidorum.
- 8 An possit renuntiare insinuationi, & an valeat donatio cum clausula, toties quoties, &c.
- 9 An donatio excessiva firmetur juramento?
- 10 Liberatio seu remissio debiti requirit insinuationem. De remissione seu donatione facta pluribus personis.
- 11 An in donatione ad piâ causas requiratur insinuatio, & quid in donatione Principis, vel remuneratoria, & aliis. Quid in renuntiatione futura successione, vel medicatis lucrorum constante matrimonio quæstionum. Cetera de materia insinuationis, remissivè.
- 12 Donatio perfecta quando revocatur? An natiuitate liberorum? An valeat renuntiare l. si unquam, Cod. de revocandis donationibus.
- 13 Si filii vivo patre decedant an convalescat donatio. Quid de fructibus dicendum, donatione revocata, per natiuitatem filiorum. Cetera de hac revocatione ex causa natiuitatis filiorum, remissivè.
- 14 De revocatione donationis inefficosa. Quid de fructibus parvis inefficosa. Quod tempus inspicitur ad inefficositatem.
- 15 Propter ingratitudinem donatio revocatur. Quid in legato. Quid in heredi institutione. An competat hac actio contra tertium possessorem.

Quid dicendum de fructibus, & de hypotheca interim contracta. Quid si convitiium illatum donanti sit verum. Quid de revocatione ob non implendum modum alendi donatorem, vel alium.

- De prædicta donatione cum obligatione alendi donatorem. An ingratitudo deleat ingressu Religionis.
- 16 Donatio quando non valet, & de donatione omnium bonorum. Donatio causa mortis quando fieri dicitur. Aliquando fit donatio inter vivos, licet mentio mortis fiat.
- 17 Donatio causa mortis an assimiletur contractui vel ultima voluntati? An uxor sine licentia viri possit donare causa mortis, & an adultus sine curatore.
- 18 Translatio domini, jus accrescendi, & Falcidia, ac insinuatio, an habeant locum in donatione causa mortis. Quid dicendum de fructibus in hac donatione.
- 19 An insinuatio requiratur in donatione qua morte confirmatur cum fuerit pura, & simplex. Ad illationes hic factas per Gomezium.
- 20 Quibus modis revocetur donatio causa mortis. Quid si mentio mortis fiat in verbis executivis. Quid si donator, & donatarius simul moriantur.
- 21 An revocata donatione causa mortis dominium revertatur ad donatorem ipso jure. Quid si res donata, fuerit alienata in Tertium.
- 22 An revocata hac donatione repetantur fructus? Quid in donatione revocata ex supervenientia liberorum, vel propter ingratitudinem. Cum contractus rescinditur ex l. 2. Cod. de rescindenda vend. quid dicendum de fructibus.
- 23 Per pactum de non revocando an donatio causa mortis fiat donatio inter vivos. Quid si dictum pactum fuerit appositum in verbis executivis.
- 24 De donationibus inter virum, & uxorem. Valet donatio facta à viro ignobili, vel sene, uxori nobili, vel juveni. Donatio inter virum, & uxorem, morte confirmatur. Et an morte civili, vel professione Religionis. Quid si donans non fiat pauperior?
- 25 Illationes ex dicta resolutione. An valeat remissio usufuctus facta per patrem filio.
- 26 De debitorum repudiante hereditatem vel legatum in fraudem creditorum. Uxor an possit renuntiare medietatem lucrorum constante matrimonio acquiritorum. An dicta renuntiatio possit rescindi ratione lesionis. De acquisitione fructuum, & alia in materia donationis inter virum, & uxorem.
- 27 Donatio facta à patre filio in potestate, non valet. Quid de jure Regio.
- 28 Si res donata solvatur, & postea ad donatorem revertatur, an conveniri debeat in quantum sacre potest.
- 29 Donans omnia bona cum reservatione alicujus rei ad disponendum de ea; quid si non disponat? Donator in quantum facere potest convenitur, & quomodo hoc procedat, & quid in fidejussore vel herede?